MASS PROPER: FOURTH SUNDAY AFTER PENTECOST

MASS Dóminus illuminátio (green)

INTROIT Psalms 26: 12

Dóminus illuminátio mea et salus mea, quem timébo? Dóminus defénsor vitæ meæ, a quo trepidábo? Qui tríbulant me inimíci mei, ipsi infirmáti sunt et cecidérunt.- (Ps. 26: 3) Si consístant advérsum me castra, non timébit cor meum. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dóminus illuminátio mea et salus mea, quem timébo? Dóminus defénsor vitæ meæ, a quo trepidábo? Qui tríbulant me inimíci mei, ipsi infirmáti sunt et cecidérunt.

COLLECT

Da nobis, quæsumus, Dómine, ut et mundi cursus pacífice nobis tuo órdine dirigátur: et Ecclésia tua tranquílla devotióne lætétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Romans 8: 18-23

Fratres: Exístimo quod non sunt condígnæ passiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábítur in nobis. Nam exspectátio creatúræ, revelatiónem fíliórum Dei exspéctat. Vanitáti enim creatúra subjécta est, non volens, sed propter eum, qui subjécit eam in spe: quia et ipsa creatúra liberábitur a servitúte corruptiónis, in libertátem glóriæ filiórum Dei. Scimus enim quod omnis creatúra ingemíscit, et párturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed et

The Lord is my light and my salvation: whom shall I fear? The Lord is the protector of my life: of whom shall I be afraid? My enemies that trouble me have themselves been weakened and have fallen. (Ps. 26: 3) If armies in camp should stand together against me, my heart shall not fear. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord is my light and my salvation: whom shall I fear? The Lord is the protector of my life: of whom shall I be afraid? My enemies that trouble me have themselves been weakened and have fallen.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, that both the course of this world may be peacefully ordered for us by Thy governance, and that Thy Church may rejoice in quiet devotion. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, I reckon that the sufferings of this time are not worthy to be compared with the glory that is to come, that shall be revealed to us. For the expectation of the creature waiteth for the revelation of the sons of God, for the creature was made subject to vanity, not willingly, but by reason of him that made it subject in hope; because the creature also itself shall be delivered from the servitude of corruption, into the liberty of the glory of the children of God. For we know

3/7/23

Errors? help@extraordinaryform.org

nos ipsi primítias spíritus habéntes, et ipsi intra nos gémimus, adoptiónem filiórum Dei exspectántes, redemptiónem córporis nostri: in Christo Jesu Dómino nostro.

GRADUAL Psalms 78: 9-10

Propítius esto, Dómine, peccátis nostris, ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eorum? Adjuva nos, Deus salutáris noster: et propter honórem nóminis tui, Dómine, Iíbera nos. Allelúja, allelúja. (Ps. 9: 5, 10) Deus, qui sedes super thronum, et júdicas æquitátem: esto refúgium páuperum in tribulatióne. Allelúja.

GOSPEL Luke 5: 1-11

In illo témpore: Cum turbæ irrúerunt in Jesum, ut audírent verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genésareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum: piscatóres autem descénderant, et lavábant rétia. Ascéndens autem in unam navim, quæ erat Simónis, rogávit eum a terra redúcere pusíllum. Et sedens docébat de navícula turbas. Ut cessávit autem loqui, dixit ad Simónem: Duc in altum, et laxáte rétia vestra in captúram. Et respóndens Simon, dixit illi: Præcéptor, per totam noctem laborántes, nihil cépimus; in verbo autem tuo laxábo rete. Et cum hoc fecíssent, conclusérunt píscium multitúdinem copiósam: rumpebátur autem rete eórum. Et annuérunt sóciis, qui erant in ália navi, ut venírent, et adjuvárent eos. Et venérunt, et implevérunt ambas navículas, ita ut pene mergeréntur. Quod cum vidéret Simon Petrus. prócidit ad génua Jesu, dicens: Exi a me, quia homo peccátor sum, Dómine. Stupor enim circumdéderat

that every creature groaneth, and travaileth in pain, even till now and not only it, but ourselves also, who have the first fruits of the Spirit, even we ourselves groan within ourselves, waiting for the adoption of the sons of God, the redemption of our body in Christ Jesus Our Lord.

Forgive us our sins, O Lord, lest the Gentiles should at any time say: Where is their God? Help us, O God, our Savior and for the honor of Thy Name, O Lord, deliver us. Alleluia, alleluia. (Ps. 9: 5, 10) O God, who sittest upon the throne, and judgest justice, be Thou the refuge of the poor in tribulation. Alleluia.

At that time, when the multitude pressed upon Jesus to hear the word of God, He stood by the lake of Genesareth. And He saw two ships standing by the lake; but the fishermen were gone out of them, and were washing their nets. And going up into one of the ships that was Simon's. He desired him to draw back a little from the land: and sitting He taught the multitudes out of the ship. Now when He had ceased to speak, He said to Simon: Launch out into the deep, and let down your nets for a draught. And Simon, answering, said to Him: Master, we have labored all the night, and have taken nothing, but at Thy word I will let down the net. And when they had done this, they enclosed a very great multitude of fishes and their net broke: and they beckoned to their partners that were in the other ship, that they should come and help them and they came, and filled both the ships, so that they were almost sinking. Which when Simon Peter saw. he fell down at Jesus'

eum, et omnes, qui cum illo erant, in captúra píscium, quam céperant: simíliter autem Jacóbum et Joánnem, fílios Zebedæi, qui erant sócii Simónis Et ait ad Simónem Jesus: Noli timére: ex hoc jam hómines eris cápiens. Et subdúctis ad terram návibus, relíctis ómnibus, secúti sunt eum.

OFFERTORY Psalms 12: 4,5

Illúmina óculos meos, ne unquam obdórmiam in morte: nequándo dicat inimícus meus: Præválui advérsus eum.

SECRET

Oblatiónibus nostris, quæsumus, Dómine, placáre suscéptis: et ad te nostras étiam rebélles compélle propítius voluntátes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalms 17: 3

Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus: Deus meus, adjútor meus.

POSTCOMMUNION

Mystéria nos, Dómine, quæsumus, sumpta puríficent: et suo múnere tueántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

knees, saying: Depart from me, for I am a sinful man, O Lord. For he was wholly astonished, and all that were with him, at the draught of fishes which they had taken: and so were also James and John the sons of Zebedee, who were Simon's partners. And Jesus saith to Simon: Fear not, from henceforth thou shalt catch men. And having brought their ships to land, leaving all things, they followed Him.

Enlighten my eyes, that I never sleep in death; lest at any time my enemy say: I have prevailed against him.

We beseech Thee, O Lord, be pleased to accept these our offerings; and in Thy mercy draw even our rebellious wills unto Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The Lord is my firmament, and my refuge, and my deliverer; my God is my helper.

May the mysteries which we have received, O Lord, purify our hearts and by their power may we be defended. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.